



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XX. Ad Presidium August. Dn. beatiß Sicut.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

re non possumus: maxime in editione Septuaginta, quæ asteriscis veribusque distincta est. Plerumque enim prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

XX. *Augustinus Prasidio presbytero, rogans, suam epistolam curet Hieronymo reuendendam, usque de amborum causa iudicet*

Domino beatissimo ac meritò venerando fratri & confacerdoti Prasidio Augustini in Domino salutem. Sicut præsens rogavi sinceritatem tuam, nunc quoque commoneo, ut literas meas sancto fratri & compresbytero nostro Hieronymo mittere non graveris. Ut autem novæ charitas tua, quemadmodum etiam tu illi pro me causa scribere debeas, mihi exemplaria literarum & mearum ad ipsam, & ad me ipsius Quibus lectis, pro tua sancta prudentia facile videbis & motum meum, quem servandum putavi, & motum eius quem non frustra timui. Aut si ego quod non debui, aut quomodo non debui aliquid scripsi, non ad illum de me, sed ad me ipsum potius leviter terna dilectione mitte sermonem: quo correctus, petam ut ignoscat, si in eam culpam ipse cognovero.